

disciplina profecerit, a quo studio iandudum desueverat, fidem facit non tam iuvenile adolescentum acumen quam solida virorum prosectorum ingenia, usu rerum gerendarum atrita, valere ad percipiendam iuris prudentiam, et vetera, que iam<sup>(a)</sup> memoria exciderant, facilius revocari posse quam ingeri nova. assiduitate vero studii et frequentia lectionis ostendit quid mens passionibus<sup>(b)</sup> suis imperare sibi possit honesti laboris, cum nullum tempus vacuum abire pateretur quo non audiret vel legeret, meditaretur de litteris aut conferret. sed he forsitan cum multis communes sunt laudes; ea vero propria est ac singularis, quod mansuetudine ac probitate sua tantam hic benivolentiam<sup>(c)</sup> hominum sibi comparavit, ut nullus, quod ego uspiam viderim, aut residens tanto studio cultus sit aut abiens tanto omnium desiderio dimissus. nam preter indoctos, quos multos admiratione virtutis et liberalitatis officio asciverat, nemo certe litteras noverat qui illum non nosceret, nemo novit qui non amaret. quapropter cum antea semper tum vero precipue in hac sua doctorali promotione, certatim omnes et assistere<sup>(d)</sup> rebus administrandis et deferre quam plurimum possent honoris curaverunt. ceterum hec scribo ut illum videar non tam laudare quam nosse, nec tam meritum eius, quod iandudum vestre Sanctitati cognitum est, quam nostram amicitiam declarare; sperans quod tanto ero vestre Sanctitati acceptior quanto illi fuero caritatis et benivolentie fide coniunctior<sup>(e)</sup>. quem spero, dante Deo, celeriter Romam consequi, meque post eum Sanctitatis vestre mandatis pre- sentem offerre.

genza in età non più giovane,

come le altre belle qualità che l'hanno reso a tutti accettissimo.

Sono queste però cose già note al papa, che tuttavia avrà più caro il V., sarendolo amico di un uomo così meritevole.

Spera che Andrea possa giungere presto a Roma, dove offrirà al pontefice i servizi suoi e del V.

(a) *B quedam corr. in que iam*      (b) *P ex passionibus*      (c) *P tanta benevolentia*  
 (d) *P omnes resistere*      (e) *P conductor*

turare che « Pierpaolo abbia abbandonato la corte padovana per intraprendere un penoso vagabondaggio per la penisola in cerca d'un nuovo «asilo » (*Epistolario cit.*, vol. IV, parte I, p. 81) - che in realtà egli pas-

sasse, pur in mezzo a grandi difficoltà ed incertezze, direttamente da Padova a Roma, forse chiamatovi dal pontefice, a breve distanza dal conseguimento della laurea « in utroque iure ».